Incipit forma abſolucõis ſacramentalis eiuſdem Magiſtri. Joh. Gerſon.

Gratia tibi ⁊ pax frater cariſſime petis primo ſi apud aliquē docto rem reperiatur forma autētica abſolutionis ſacramental'. Rñō ꝙ ſic. Et de hoc videatur ſumma cōfeſſoꝝ vel Bertelina ſuper hoc verbo. Abſolutio. In illa queſtione vtrum forma abſolutionis debeat fieri ſub modo indicatiuo. Et ſcḋm illa que ibid reperiuntur patebit ſatis rñſio. ¶ Ad illud qḋ ſecundo petis ſcꝫ. Que ſit forma ſuffitiens deinde ad tercium ꝙ queris. vnde tot varie tates in forma iſta abſolutionis. ¶ Rñō. ꝙ ex ignorantia vel negligentia ſuffitienter inq̄ rendi que agenda ſunt circa ſacramenta.

¶ Sed cur quid plus circa iſtam formam q̄ꝫ cir ca alias. Ratio vna eſt. quia alie forme dicū tur publice ⁊ inueniūtur ſcripte. ſicq; legum tur. hic autem occulte ⁊ abſq; libris arbitris ſit negotium. Poteſt ⁊ alia ratio dari. ꝙ act9 cōfeſſionis et abſolutionis eſt quidā actus iu ditialis. vbi videtur ſufficere ꝙ ſacerdos iu dex explicet ſententiam ſuam quibuſcunq; ver bis dum tñ intendat abſoluere ſicut dictū9 i mr̄imonio. ꝙ ↄſenſus interior amboꝝ ſig̃ficat9.

TECHNISCHE UNIVERSITÄT DARMSTADT
http://tudigit.ulb.tu-darmstadt.de/show/inc-ii-564/0028
Universitäts- und Landesbibliothek Darmstadt
gefördert durch die DFG